

# PALAEASTRA LATINA

## S U M M A R I U M

Mirifica Portenta	(MARCOS)
Vir Celtiber seu brevior M. Val.	
Martialis vita	(HERRERA)
Matriti Obsidio	(VELASCO)
Nuillus Argento ..	(POMBO)
M. Val. Martialis Epigrammaticorum	
Poëtarum Princeps	(MARTINEZ)
Cursus Gymnasticus	(MIR)
Commercium Epistulare	(DUBLAN-MIR)
Schola, Lyceum, Aula	(† JOVÉ)
Responsorium	
Compositiones Vertendae	(PALAESTRICUS)
Bibliographia	(VELASCO-ARGENTORATUS-JIMÉNEZ)
Homeri Odyssea	(I, 11.-236)

Ordinarii et Superiorum permissu



in Latinum  
translata a R.  
P. Ludovico  
MARCOS  
C. M. F.  
Villae Rosarii  
in Argentina  
litt. Lat.  
Professore.

### LXXI

Perversas rupes aditusque  
carentia saxa intrepidi con-  
scendebant Res tamen ces-  
sit secus ac Titus autuma-  
batur.




### LXXII

Nam vertigine correptus  
verso capite in paeceps ab-  
libbat, magnopere stupente  
cane. Parum mehercule  
stetit quominus caeso ven-  
tore finem quoque fabellae  
nostrae imponeremus.




### LXXIII

Attamen quem totiens tot  
rerum adversa persequuntur,  
eum totiens fortuna  
sospitem servat Nam forte  
accidit ut ligula sclopeti  
prostanti saxorum acumini  
suspensa illaesus venator  
evaderet.



### LXXIV

Pavore aliquantulum sedato  
fulcimen a natura oblatum  
infra se vidit, ubi facile  
possit consistere.



Typographia — F. Camps Calmet. — Teleph. 54. — Tarregae in Prov. llerdensi.

# La Fiesta Santificada

Lauria, 5 (Apartado, 1042) Barcelona

La hojita de propaganda religiosa más popular en toda España. Se reparte en muchas parroquias los domingos y fiestas del año.

**FABRICA DE MEDALLAS  
CRUCES :: DISTINTIVOS  
INSIGNIAS :: ETC.**

# AUSIÓ

PROVENZA, 376  
BARCELONA

Misioneros Mártires. — Historia de los Misiones. — Angel de la Juventud. — El Niño y la Natividad. — Blolas Católicas. — Misas y Visperas. — Espíritu

**CO CULSA**  
P. de Rosales, 48 - MADRID

Camino Recto. — Mi Jesús. — Mi Angelito. — Misal Diario. — Colegial o Seminarista Instruido. — Devocionario Antoniano. — Kempis Eucarístico. — Horas del Corazón. — Visitas al Santísimo. — Tesoro de Indulgencias. Manual de Liturgia Sagrada. — Títulos y Grandezas de María. — Tratado de Arqueología y Bellas Artes.

**GRAFICAS CLARET**

Lauria, 5 (Apartado 1042) Barcelona

**FOTOGRABADOS  
M. SOLANO**



Aribau, 9, interior - Teléfono, 30255

**BARCELONA**

**ENCUADERNACION  
EDITORIAL  
Y PARTICULAR**

**J. NAVARRO**

**MATILDE, 7  
TELEFONO, 78193  
BARCELONA (G.)**

**REVISTAS**

Editadas por PP. Misioneros del Corazón de María  
Buen Suceso, 22 - MADRID

*Ilustración del Clero* (mensual)

*El Iris de Paz* (quincenal)

*El Misionero* (mensual)

*Tesoro Sacro Musical* (mensual)

# Textos Palaestra

Preparados por PP. Misioneros del C. de Masía

Pídanse a la Administración:

Lauria, 5 (Apartado, 1042) - BARCELONA

*Hist. Sacrae Compendium*  
para el primer Curso latín 4 ptas.

*Epitome Historiae Graecae*  
para el 2.<sup>o</sup> curso . . . 5 ptas.

*Ciceronis Epistulae Selectae*  
para el tercer curso  
sólo texto latino . . . 1 pta.  
con notas y vocabulario 3 ptas.

*Ciceronis Pro Archia Poeta*  
para el 4.<sup>o</sup> Curso de latín  
sólo texto latino . . . 1 pta.  
con notas y vocabulario 3 ptas.

*Ciceronis in Catilinam*  
para el 4.<sup>o</sup> curso  
sólo texto latino . . . 1 pta.  
con notas y vocabulario 3 ptas.

*Vergili Aeneidos liber II*  
para el 5.<sup>o</sup> curso  
sólo texto latino . . . 2 ptas.  
con notas y vocabulario 4 ptas.

*Prudentii Carmina Selecta*  
para el 6.<sup>o</sup> y 7.<sup>o</sup> curso . . . 6 ptas.

*1.<sup>er</sup> Curso de Lengua Latina*  
adaptado al Cuestionario Oficial . . . 3 ptas

*2.<sup>o</sup> Curso de Lengua Latina*  
adaptado al Cuestionario Oficial . . . 5 ptas.

## Horatiana

Colección de Estudios  
Horacianos . . . . . 6 ptas.

## Palaestra Latina

Agotadas las colecciones completas,  
sólo podemos servir varios  
años sueltos.

Cada año retrasado . . . 12 ptas.

en tela (papel superior) 15 ptas.  
en cartoné . . . . . 12 ptas.

## REPETITORIUM

De este hermoso libro de prácticas de latín, más que cuanto nosotros pudieramos decir, lo declara elocuentemente la siguiente carta que el Excmo. y Rdm. Sr. Dr. D. Miguel de los Santos Díaz de Gómara, Obispo de Cartagena y A. A. de Barcelona, ha tenido a bien dirigir a su autor.

*El Obispo de Cartagena, Administrador Apostólico de Barcelona*  
*9 de Diciembre de 1941*  
*Rdo. P. José M.<sup>a</sup> Jiménez Delgado, C. M. F.*  
*Ciudad*

Muy estimado en el Señor: He recibido el ejemplar de su REPETITORIUM, que con su grata del 5 ha tenido Vd. la bondad de remitirme.

Le felicito cordialísimo por esta nueva Obra, a la que efusivamente bendigo y para la que anhelo vivamente el mayor éxito. Con la graduación de sus temas, con lo atractivo de su contenido, con las ilustraciones del texto y demás facilidades que ofrece su Libro, ciertamente ha de ayudar a cuantos se sirvan de él en la pronta adquisición de la lengua del Lacio, cuyo aprendizaje cuesta a veces por no tener a mano guías tan adecuadas como este REPETITORIUM, cuyo empleo tanto facilitará su labor a los alumnos de latín. — Una vez más demuestra V. con esta obra cuánto se preocupan los Hijos del Inmaculado Corazón de María en seguir las huellas del Bro. P. Claret, que no solamente fué tan excelsa Misionero, sino fomentador constante de las ciencias eclesiásticas, como lo es su Congregación, cuidando ante todo de divulgar el conocimiento de la lengua oficial de la Iglesia, que es a la vez la llave de oro de la antigua sabiduría.

Con todo afecto a V. R. saluda, felicita y bendice † El OBISPO, A. A.

Cum emitis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

# PALAEASTRA LATINA

SEU DE LATINITATE COMMENTARIUS ALTERNIS MENSIBUS EDENDUS

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est x pesetarum in Hispania et Lusitania, xx pes. in America et Philippinis insulis, et xx pes. in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1048

## Vir Celtiber seu brevior M. Val. Martialis vita

Recurrente undevicesimo a nativitate Martialis poetae centenario, quemadmodum jam prius Vergilium, Horatium, Augustum efferre curavimus, ejusdem etiam memoriam celebrare constitueramus: ideoque non incongruum visum est summaria praemittere de vita tanti Viri non tacendi gentibus laudisque nostrae Hispaniae, quae lectoribus velut index et ratio sint multarum de quibus ipsi vel copiosius exquirunt vel scribent rerum.

Paucissima sunt quae de Martialis vita reperimus commendata monumentis, praeter ea quae ipse in libris carminum obiter commemorat.

Marcus Valerius, Bilbili, in edito Celtiberiae oppido circa quadragesimum annum p. Ch. natus dicitur, Frontone et Flacida parentibus summa egestate afflitis, qui tamen pueri demirati ingenium et facultates animi, majorem quam pro fortuna institutionem tali successu curarunt ut progressus Marci in litteris vota atque omnia parentum superarent.

Quare vicesimum et alterum annum agens, cum optaret majorem sibi dari opportunitatem profectus, Romam petuit sub Nerone, quo se ad honores prius quam ad litteras, contulit, favente Minerva atque Musarum et gloriae accensus amore.

Ex Plinii Junioris testimonio Romae dedit sub Tito, Domitiano et Nerva imperatoribus.

Cumque a negotio et labore aliquantulum abhorreret, coactus miseram poetae aulici vitam agere, sportula potius quam recta cena alebatur.

Martialis sibi amicitia maximos ejus tempestatis scriptores devinxit, quorum aliis, Juvenale sc. Plinio, Valerio Flacco, cet. usus est familiariter; ab aliis (Silio Italico); aemulatione magis et ambitione quam invidia et simultate perpetuo dissensit, cum uterque alterum sibi anteponi in familiaritate imperatorum et nomen admere formidaret.

Primum librum epigrammatum Domitiano dicavit, quem plus aequo laudat ludosque describit, quos Imperator perfectis aedibus, quibus Romam ornaverat, celebravit.

Caesar ut se memorem ac gratum ostenderet Martialem equitem ac tribunum constituit cui etiam jus trium liberorum tribuit etsi nondum duxerat uxorem.

Qui de genere dicendi Marci Valerii Martialis consultius agunt, hunc vestigiis consequi Vergilium et scriptores aureae aetatis aiunt, unde fit ut plus semel horum attingere simplicitatem et elegantiam videatur.

Dolendum tamen eique improbandum quod parum nimis carminum ingenuitati et probitati, causa plebis blandiendae utque animos lenocinaretur optimatum, consuluerit.

Quo enim melius aucuparetur gratiam imperatorum hos, quamquam indignos, perpetuis laudibus prosecutus est, qui quidem non erant assentationibus parem gratiam reposituri, cum interdum ad se tuendum facultatibus amicorum uti debuerit et tenui sportula vivere sit coactus.

Duas parvas domos habuisse tradunt; unam Romae, alteram in agro prope urbem quam ut aqua instrueret cum Statio poeta contendit nec obtinuit.

Quinti vates celtiber Romae et a Romanis habitus sit, ipsem et epigrammate 88 libri VII significavit:

*Fertur habere meos, si vera est fama, libellos  
inter delicias pulchra Vienna suas.  
Me legit omnis ibi senior juvenisque puerque,  
et coram tetrico casta puella viro.  
Hoc ego maluerim, quam si mea carmina cantent,  
qui Nilum ex ipso protinus ore bibunt;  
quam meus Hispano si me Tagus impleat auro,  
pascat et Hybla meas, pascat Hymettos apes.  
Non nihil ergo sumus; nec blanda munere linguae  
decipimur. Credam jam, puto, Lause, tibi.*

Domitiano miserabiliter perempto, cumque omni spe Nervae gratiam ineundi dejiceretur, patriam cogitavit.

Romae quatuor et triginta annos vixerat; itaque cum senesceret, tametsi sex et quinquaginta annorum esset, praemisso carmine per Licinianum ut de sua apud cives gloria periculum faceret, venit Hispaniam.

Bilibili cum Marcella, nobili ditique uxore reliquam vitam egit, ut antea Celtiberiam tunc Romam, quam tamen nusquam denuo consiperet, jugiter in memoriam revocando.

Fato decessit in patria anno centesimo tertio post Christum.

A. HERRERA, C. M. F.

## MATRITI OBSIDIO<sup>1</sup>

*Cum dux militiae perfidus impiae  
Matriti latebris abderet agmina,  
Custos Hesperiae caelicus adstitit,  
    album dexter equum regens,  
Infensus gladium fulmineum vibrat,  
aspectuque minax nuntiat exitum  
belli: «mortiferas ducis avi mala  
    turbas quas rabies vorat.  
Quaerens persigum! Funera quot moves  
infelix, patriæ quam furioliter  
cives innocuos morte premis truci,  
    pessundasque crucem et fidem!  
At qui mortem obeunt pro patria et fide  
vivunt incolumes, terribiles tibi,  
nam clamore sacri sanguinis ingruent  
    ut sint Hesperiae salus.  
Armis fretus ades; dux quoque sum potens;  
Quid possint acies quas ego dirigo,  
testatur toties Africa diruta,  
    quacum proelia miscuit.  
Nequicquam numero fidis, et comites  
cunctis e populis colligis improbos.*

*nequicquam pavida plumbea fulgura  
    vitæ abditus in cavis.  
Non Francum vegetum, perniciem tuis,  
instantem accipitrem, turbidus expaves!  
Varelae celeris te gravat impetus,  
    invictaque quatit manu  
turbas indociles. Clarior omnibus  
Moscardus ducibus, funditus impia,  
Guzmano similis, stemmate gloriae  
    ferro proruit agmina.  
Queipus mox Malacam quam premit  
    [impiger  
expugnator init, jamque fere tenet,  
Molaeque excidio militia dari  
    Moschorum socios vides,  
Quem mollis fugies, cervus uti lupum,  
sed frustra! Hesperiae providus et vigil  
sum Custos! gladio fulmineo juvat  
    vulgus perdere noxiun.  
Corpus luce carens et sine sanguine,  
sicut spurcitas, oceanus jacit:  
gentes non aliter, criminibus datas,  
    hispano exagitem solo...»*

J. A. VELASCO, S. J.

## NULLUS ARGENTO...<sup>2</sup>

*Crispo Salustio, con razón desprecias  
lo que la tierra en su avaricia esconde;  
sólo al buen uso, a la templanza debe  
lustre la plata.*

*Próvidos años Proculeyo espere,  
si, porque fué con sus hermanos padre,  
y alto la fama sostendrá y eterno  
su inclito nombre.*

*Freno poniendo al insaciable impulso,  
más rey serás que poderoso uniéndo  
Libia con Gades, y las dos Cartagos  
bajo tu cetro.*

*Cuanto mas bebe, tanto mas se aumenta  
la hidropesía, su verdugo propio,  
ni huye la sed mientras la causa no huye,  
que agua demanda.*

*Contra el dictamen general, dichoso  
hoy a Fraates la virtud no llama,  
sino infeliz, porque de Ciro al trono  
sube de nuevo.*

*Ella a los pueblos desenseña el uso  
de falsas voces, mas seguirá dando  
reino y corona, al que impasible mira  
oro a montones.*

RAFAEL POMBO.

<sup>1</sup> Cfr. Hor. Od. I. 15, *Pastor cum traberet...* — <sup>2</sup> Hor. Od. II. 2.

# M. Val. Martialis Epigrammaticorum

## Poëtarum Princeps

M. Valerius Martialis non solum vocari potest omnium poëtarum epigrammaticorum princeps, verum etiam merito hujus litterarii generis parens.<sup>1</sup> Ad assertum istud liquido demonstrandum, opus nobis erit, epigrammatis naturam rite cognoscere ac inter suos terminos stricte continere ac definire.

Olim igitur apud graecos et romanos epigramma sumebatur (prout ipsius vocabuli compositio ἐπί, super et γράψα, littera, aut ἐπί super, et γράψω, scribo, significare intendit), tamquam aliqua brevis inscriptio in triumphalibus arcubus aut ad statuarum pedes posita, vel ad ostia aedificiorum aut in fronte palatii, templi, aliasve monumenti sculpta aut in scutis et armis alte caelata. Hujusmodi inscriptio primitus prosa oratione, postea vero versibus exarabatur. Ita ex. gr. divus Marcus (15, 26) ait: Καὶ γὰρ ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμένη· Ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.

Martialis noster epigrammata suorum librorum XIII et XIV, disticho tantum efformata atque in modum brevissimarum inscriptionum confecta, XENIA seu munera vocavit. Martialis siquidem Epigrammatibus suorum praeditorum librorum in acceptione ista usus est.

Si vis, sequentia lege:

«In statua Leandri»

Clamabat tumidis audax Leander in undis,  
Mergite me, flutus, cum redditurus ero (Lib. XIV, Ep. 181)

«In calice gemmato»

Gemmatum scythicis ut luceat ignibus aurum  
Aspice: quot digitos exuit iste calix! (Lib. XIV, Ep. 109)

«In falee ex ense facta»

Pax me certa ducis placidos curvavit in usus  
Agricolae nunc sum, militis antea fui (Ib. Ep. 34)

«In eburneo plectro»

Fervida ne trito tibi pollice pusula surgat,  
exornent docilem garrula plectra lyram (Ib. Ep. 167)

<sup>1</sup> Innumeram legionem constituunt epigrammatici hispanici poetæ qui omnibus saeculis nostræ poeticae historiae floruerunt. Census illorum prope infinitus erit. Clariorum aliquorum nomina præsertim recentiorum hic recensere placet.

Saec. XVI et XVII: Hurtado de Mendoza, J. Rufo, Lope de Vega, A. Solís, Tirso de Molina, Argensola, Góngora, Calderón, D. González, B. Alcázar, Quevedo, M. Moreno, Salas Barbadillo, Villamediana, Polo Medina, F. de la Torre, Moreto, M. Salinas, Quirós, Corral, Leiva, Rebolledo.

Saec. XVIII: I. Cadalso, I. Iglesias, Torres y Villarroel, P. Forner, J. Iriarte, Salas, N. et L. F. Moratín, G. M. Jovellanos.

Saec. XIX: Mora, A. Lista, P. Jérica, Martínez de la Rosa, Bretón de los Herreros, Martínez Villegas, Hartzenbusch, V. Ruiz Aguilera, A. Príncipe, Mesonero Romanos, Bernat Baldorí, Navarro, Luttonó, Ribot Fontseré, Rico Amat, Bartrina, Gironella, M. Palacio, Vital Aza, Ramos Carrión, E. F. Sanz, Alcalde Valladares, Bustillo, Pallardo, Crespo, Mejía, Rivera, Montolo, Blasco, Flores, cet.

Uti vides omnia ista epigrammata inscriptionis characterem retinent. Peculiaris ipsorum nota brevitas indicatur, nam ut quaedam lemmatum species «apophoreta» accipiuntur.

Lege epigramma secundum libri XIV,

«Lem mata, si quaeris, cursint adscripta, docebo:  
ut, si malueris, lemmata sola legas».

Quamquam perutile sit nobis etymologicam epigrammati naturam cognoscere, majoris utique momenti erit, realem conceptum ipsius perscrutari, ut propositio nostra prius enuntiata clarissime pateat.

Epigramma stricto sensu aptissime definire possumus: «Est parvum quoddam poema quo poeta ex alicujus verbis aut factis vel e cuiuslibet rei enuntiatione aut personae insinuatione facetum dictum aut acutum leporum subtiliter deducere solet, in hominum defectuum plerumque vituperationem». Necesse nobis est hanc definitionem aliquantulum explicare, ut fines veri conceptus arcte determinentur.

1.<sup>o</sup> In primis epigramma est parvum quoddam poema. — Corporis idecirco ac extensionis est exiguæ, sicque una ex commendandis ipsius qualitatibus est brevitas. Ratione suae parvitatis epigramma ad minora vel potius minuscula poemata pertinet.

2.<sup>o</sup> Quo poeta ex alicujus verbis aut factis. — Hic est praecipuus et primus fons ex quo gratias et argutias epigrammaticus poeta haurire suevit. Alicujus præ-primis factum vel dictum brevissime et paucissimis versibus exponit ac postea ex eo in objurgationem vel derisum aut forte quandoque in laudem ipsius personæ ingeniose aliquid infert.

3.<sup>o</sup> Vel e cuiuslibet rei enuntiatione aut personæ insinuatione. — Fit interdum epigramma, quamlibet rem ostendendo vel personam quamdam indicando in prioribus versibus, ut in subsequentibus ejusdem rei aut praedictæ personæ laudatio, reprehensio aut etiam saepius irrisio immediate ac legitime oriatur.

4.<sup>o</sup> Facetum dictum aut leporum subtiliter deducere solet. — Facetum dictum aut acutus lepor est, velut epigrammati necessaria conclusio ac insuper tamquam primarium atque essentiale illius elementum, quod si deesset epigramma arbitraretur inane. Ingenium epigrammatici poetae hic potens est patefaciendum. Nunquam igitur retorto, ac violento, sed naturali et quam ingeniosissimo quo possit modo sales atque argutias eruere satagat.

5.<sup>o</sup> In hominum defectuum plerumque vituperationem. — Hoc dicitur, ad quemdam de multis finibus ejus exprimendum, qui alias immediatus non est, quam hominum actionum et dictorum reprehensio, ipsorumque irrisio. Defectum tamen humanorum cuiuslibet generis correccio ac emendatio finis mediatus est. In hoc vero cum satyra convenit unde ad litterarium satyricum genus pertinet. Sed additur «plerumque», quo adverbio, dari epigramma non satyricum posse declaratur, quamquam fere semper charactere mordacis carminis induatur. Sic enim epigrammata inveniuntur quae tantum, (quacumque objurgatione semota) acutis laudibus aut lepidis cogitationibus efformantur.

His vero dictis ac praesuppositis, confirmare debemus, «verum inventorem aut hujus litterarii generis parentem procul dubio esse tantum modo M. Martialem».

Apud graecos siquidem epigramma semper retinuit priscam acceptiōem, et ut inscriptio (ἐπιγραφή) adhibitum est ab antiquoribus auctōribus, ut Archiloco, Simonide, Athenaeo, Dioscoride, multisque aliis, eodemque in conceptu nostro vix ullus graecorum poetarum usus est.<sup>1</sup> Inter latinos tantum D. Ausonius et Catullus possent cum M. Martiale de palma epigrammatici poematis certare; sed ab istis sequi non potest, nam D. Ausonius, etsi vera et acutissima epigrammata (pauca tamen) confecerit, est quidem circiter CCC annis M. Valerio Martiali posterior. Carmina autem C. Valerii Catulli, praeter quatuor aut quinque vere epigrammata, cetera quae hoc nomine gaudent, potius quam epigrammaticae sunt compositiones irrigoriae vel derisoriae, *Furi, quoi, etc.*; vel laudatoria, *Disertissime Romuli etc.*; vel descriptivae, *Paeninsularum Sirmio etc.*; vel gratulatoriae, *Veranni omnibus, etc.*; vel anacreonticae, *Lugete, o Veneres Cupidinesque*; vel amatoriae, *Ad Lesbiam et aliae quas Hispani vulgato nomine, «Madrigales» vocare soletus*.

Ad vera Catulli epigrammata numeranda, ut dixi superius, unius manus digitī supersunt. Desideratur fere in omnibus, juxta enuntiata, nota essentialis aut peculiariis epigrammatici poematis, nempe, lepor ille acutus aut gratia pungens ex intimis rei visceribus poeticae compositionis illata.

Gratia et lepor epigrammatijs magis in subintellec̄tis, quam in expressis aut patefactis interdum renidere solet, ut passim' accidit in operibus M. Martialis.

Catullus vero potius est lyricus quam epigrammaticus poeta. Recte igitur dicere possumus «Epigramma totum nostrum esse» (nempe Hispanorum in quo tamquam sol splendet Martialis) ut Quintilianus de satyra: «Satyra quidem tota nostra est (Romanorum), in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius,» etc.

Melior et clarior norma ad vera dignoscenda epigrammata est quidem spontaneus ac subitus gelasinus, naturalis effectus interni gaudii, qui jam in prima eorum lectiōne solet in legentium vultu certissime adumbrari. Haec nota peculiaris est epigrammatum Martialis, qua procul dubio omnia pollent.

Digna itaque semper lectu erunt sua epigrammata. Prurientibus leporibus utique distinguuntur. Hoc placent, hocce immortalia erunt.

J. MARTÍNEZ CABELLO, C. M. F.

---

<sup>1</sup> Cfr. A. Lasso de la Vega, Antología Griega de la Biblioteca Universal, T. XCII. Advertencia preliminar. — A. G. Blanco, Colección de Epigramas Españoles. Epílogo.

# **Cursus Gymnasticus**

## **Optimus stilus scriptione comparatur**

«Caput<sup>1</sup> autem est, quod<sup>2</sup> ut vere dicam,<sup>3</sup> minime facimus (est enim magni laboris,<sup>4</sup> quem<sup>5</sup> plerique fugimus), quam plurimum scribere. Stilus<sup>6</sup> optimus et praestantissimus dicendi effector et magister:<sup>7</sup> neque injuria.<sup>8</sup> Nam si subitam et fortuitam orationem<sup>9</sup> commentatio et cogitatio<sup>10</sup> facile vincit; hanc ipsam<sup>11</sup> profecto assidua ac diligens scriptura<sup>12</sup> superabit. Omnes enim, sive artis sunt loci<sup>13</sup> sive<sup>14</sup> ingenii cuiusdam atque prudentiae, qui modo insunt<sup>15</sup> in ea re, de qua scribimus, anquirentibus nobis,<sup>16</sup> omnique acie ingenii<sup>17</sup> contemplantibus, ostendunt se et occurront; omnesque sententiae verbaque omnia, quae sunt cuiusque generis maxime illustria,<sup>18</sup> sub acumine stili subeant et succedant necesse est; tum ipsa collocatio conformatioque<sup>19</sup> verborum perficitur in scribendo, non poetico, sed quodam<sup>20</sup> oratorio numero et modo». <sup>21</sup> (Cic. *De Orat.* 1, 33).

## **Annotationes**

1 Caput: res maximi momenti; *lo principal*, cosa esencial; «caput est ut quaeramus». (Cic. *Invent.* 2, 175). «Id quod caput est» (Cic. *Pis.* 47). Cfr. «Totum in eo est ut tibi imperes» (Cic. *Tusc.* 2, 53).

2 Quod: *id quod, quod et quae res ad sententiam explicandam inserviunt, et in media propositione primaria includuntur.* «Lacedaemonii Agin regem, *id quod* numquam apud eos acciderat, ne caverunt».

3 ut vere dicam: *a decir verdad; ad sententiam confirmandam adhibetur, et vel subjunctivo cum particula ut, vel futuro effertur.* «Sed tamen, vere dicam» (fut.) (Cic. *De Orat.* 2, 15).

4 est magni laboris: genitivus qualitatis cum verbo esse: «Res [est] magni pretii» (=pretiosa), «miles summae virtutis» (=fortissimus). — Nota magni, melius quam multi.

5 quem: *y el trabajo, el trabajar; aptius sic vertes relativum per substantivum hispanicum. Quem: quia fugio est verbum transitivum.*

6 Stilus: significat 1.<sup>o</sup> instrumentum aeneum vel ferreum quo romani in ceratis tabulis scribere solebant. «Stilum prehendere» (Cic. *Brut.* 93); 2.<sup>o</sup> scribendi exercitium: «Stilus est dicendi opifex» (Cic. *Fam.* 7, 25, 2) «stilus est dicendi effector et magister»; 3.<sup>o</sup> peculiarem scribendi ra-

tionem cuiusdam vel plurium auctorum»: «Orationes paene Attico stilo scriptae videntur» (Cic. *Brut.* 167); 4.<sup>o</sup> sunt qui hanc vocem adhibeant ut qualitatem seu scribendi rationem significant, sed hoc sensu nunquam utitur Tullius, sed verbis sermo, oratio, dicendi genus: «Qualis ipse homo, talis ejus oratio (=dicendi genus) est».

7 Effector et magister: *creador y maestro, et aptius ex hendiade maestro perfecto, consumado.*

8 injuria: vocabula quae notionem modi, moris, consuetudinis, legis, cet., secum ferunt, in ablativo sine praepositione «cum» ponuntur: «ratione, modo, more, lege, jure, injuria», cet.

9 Subita et fortuita oratio: *discurso improvisado;* Quintilianus, minus recte, dixit: «extemporalis oratio, vel facilitas».

10 Commentatio et cogitatio: *preparación detenida y meditada del discurso; sine hendiade dices: accurata et meditata commentatio.*

11 hanc ipsam: *y ésta a su vez;* «Quod ipsum agitatur aliunde» (Cic.); = que él a su vez recibe el movimiento de otro.

12 scriptura: scribendi actio, hinc *conscriptio*; nota versionem; «scriptura (redacción) diligens (esmerada) et assidua (ininterrumpida); rebus generatim adponit accuratus (sermo), personis vero diligens (orator, scriptor).

13 loci: *partes*, puntos de una cuestión (tema).

14 sive..., sive: ya sea que se refieran al arte...

Nota indicativum cum particula sive.

15 insunt: alicui rei vel in aliqua re. — Re: asunto, cuestión, materia.

16 anquirentibus nobis: non est ablatus ab solutus, sed dativus, a verbo ostendunt pendens: se nos presentan al examinar.

17 omni acie ingenii: omnibus ingenii viribus.

18 illustria: *luminoso*; hujus adjectivi superlativum fere non est in usu, ideo adponitur maxime.

19 conformatio: == *ordo, dispositio*; = «recta seu perfecta verborum dispositio».

20 quodam: con un cierto.

21 numero et modo: ritmo y cadencia.

## Commentariolum

Videtis, adulescentes, quo modo Tullius scribere plurimum commendet; nam optimus Stilus assidua tantum scriptione comparari potest. Qua vero ratione scribendum? Post assiduam et accuratam rei electionem et meditationem, nam «scribendi recte sapere est et principium et fons» (Horat. Ars poet. 309), et «cui lecta potenter erit res, nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo» (Ars Poet. 40). Ad hanc loquendi facundiam assequendam, ut Tullius ait, omnes rerum locos anquirere debemus et subito plurima nobis occurrent quae dicamus. Et ne copia rei desit et facundia, optimi auctores legendi sunt, ut ipse Horatius commendat: «Vos exemplaria graeca nocturna versate manu, versate diurna» (Ars Poet. 268). «Rem tibi socraticae poterunt ostendere chartae» (Ars Poet. 310). At non tantum legendi, sed et imitandi optimi auctores: «Neque enim dubitari potest quin artis pars magna continetur imitatione» (QUINTILIANUS, Instit. Orat. 10, 2, 1); haec enim optima auctorum praebebit degustanda et mente evolvenda, quaeque tandem nostra proprio labore fient sive contrahendo, sive amplificando, sive ad alia transferendo ita ut assidua imitatione eruditii ediscamus nos eadem vel similia et, si fieri potest, meliora conscribere. Tunc denique, meditatione, lectione, imitatione edocti, sententias et verba, quibus mens imbuta erit, facile erumpere viblebimus et in quosdam quasi sententiarum rizulos profluere, quibus stili acumen intingamus et continuo suavem profundamus orationem.

Illius denique memores estote: «Nulla dies sine linea». — J. M. Mir, C. M. F.

## Commercium Epistulare

Theodorus Dublán, Rdo. P. Josepho M.<sup>ac</sup> Mir, S. P.

Jam dudum meas ad te litteras mittendas constitueram. Ne tamen propositum ad finem perduxerim pigritia imprimis obstitit, pessima omnium consiliatrix; necnon et tot tantaque scholae officia, quibus scholastici tenemur; demum verecundia quedam ne meis in dicendo vitiis magistrum in lingua latina versatissimum offenderem. Sed age jam: meae audacie te gratiam facturum spero.

Te in lectulo febri laborasse ad aures venit, quo ego — mihi crede — magno dolore affectus sum. Gaudebo igitur si cito citius in pristinam te restitueris valetudinem ut pueros instituendi semper possis praestantissimum prosequi laborem.

Ad manus in Segedano Collegio pervenit opus moderatoris PALAESTRAE «Repetitorium» dictum. In ipsum, ut primum vidi, oculos avide conjeci, semel iterumque ejusdem paginas perlustravi noscendi gratia utrum talis esset liber qualem ego mihi pluriens finxeram. Atque re vera, asserere opus est, meo illum ptimum inventisse atque ad nostros praesertim latinitatis alumnos in latina lingua initiandos methodo facili et jucunda aptissimum.

PALAESTRA LATINA mirum in modum recreabat animum, iis praesertim et disseritis disquisitionibus, quas de «Claret» legifero Patre ponderate scripseras. Prosequerere iis similibusque scriptis et otia nostra oblectabis.

Omnes carissimos alabonenses Postulantes salutatos mihi facies. Vale et de valetudine curam habe. Tibi omnibusque qui in alabonensi Collegio commoramini sollemnia Nativitatis Domini jucunde et festive decurrant.

Segedae XVI Kal. Jan. an. MCMXLII.

*Josephus M.<sup>a</sup> Mir C. M. F. Theodoro Dublán C. M. F. Sal. — Segedam.*

Cum mecum ipse cogitabam ad vos litteras dare eo praesertim consilio ut de acceptis probatisque carminibus Dnum. Bagariam certiore facerem tuae mihi jucundae litterae — quamvis minime exspectatae — forte obvenerunt. Ergo et tu, o bone, litteras amas latinas? Plurimum equidem gaudeo. Quod enim me fugiebat novi, maximo honore et studio, superiore anno, latinitatis magistrum minimis alumnis hujus nostri Collegii te professum esse. Dixeram vero apud vos validissimam informari aciem alacrioresque esse milites qui stipendia mereri in nostra latinitatis PALAESTRA toto pectore cupiunt. O vos optimos strenuos Palaestritas, macte animo estote! Desidiam, si qua est, depellite; nulla certe audacia ubi summa vestri adest benevolentia in me et in latinis litteras amor.

Morbo equidem vexabar cum vester P. Praefectus Riol ad nos se contulit visitatos; at dolendum sane me cum illo colloquium instituere nec breviter potuisse. Sed plures jam dies e morbo sum recreatus viresque plane collegi; quas denuo pro virili parte in informandis alumnis commodabo, huicque rei totus ero.


Vobis jucunditati et commodo *Repetitorium* librum fuisse, magno opere gaudeo, idque mihi est voluptati. Carissimus socius et moderator noster vestram benevolo animo accipiet gratulationem.

Vobis qui *Palaestram* nostram amatis consilium aperio et vestram operam exspecto. His diebus quibus animum ab litterarum studiis relaxatis et sale atque venustis facetiis jocamini, «colligite ea litteraria fragmenta ne pereant» et ad nos mittite in nova sectione «curiosa et jocosa» edenda. Placetne consilium?

Salutationem tuam magni fecerunt alumni tibique et ipsi salutem plurimam impertiunt. Munuscum meum libenti animo mittendum curabo.

Socios, P. Praefectum omnesque qui tecum commorantur meis verbis salvere jubebis, eisque fausta divinaque sexcenties adprecaberis. Quod vobis omnibus Jesus jam jam in mundum nasciturus largiatur. Optimam vobis salutem!

Alabona, IX Kal. januarias, h. 5 p. m.



# **Schola Lyceum Aula**

E congerie ruinarum in Actuaria et bibliotheca PALAESTRAE nostrae a communis Cervariae cumulatarum cartulas quasdam hinc inde sparsas ac fere diserptas colligere licuit, quorum ope hunc Jovaei carissimi commentarium restituere integrum fuit. Sciebam enim Emmanuelem nostrum paulo ante «Motum Salutare», consensu immo et adhortatione ejusdem editorialis Domus, sibi statuisse «Librum Explicativum Tabularum Auxiliarium Delmas ad institutionem practicam linguarum vivarum methodo directa atque imaginibus ab E. Rochelle» in latinum reddendum. Res praestantissima magnique momenti si ad exitum pervenisset. Casus obstitit hominumque nequitia. Tamen hujus tanti laboris suscepti testimonium PALAESTRAE paginæ stabunt.

ACTUARIUS

## **1. Tabulae descriptio**

- 1) Haec tabula (*cuadro*) aulam classis reprezentat in lyceo. In hac aula octo mensae (18) sunt et octo scanno (32). In unoquoque scanno sedent tres alumni. Professor (7) super sellam (8) in cathedra (6) sedet.
- 2) Ad laevam cathedrae reperitur armarium vitreum (15). Ad dexteram est abacus (1) cum pannulo (2) et creta (3). Supra cathedram pendent tabulae murales (9-11-12) et tabula geographica (10).
- 3) Non omnes alumni sedent in loco suo (17). Johannes (4) stat ad abacum; habet pannulum et delet geometriae figuræ; Petrus stat prope cathedram; colligit labores (5) et eos ad professorem defert.
- 4) Hic professor est professor linguarum vivarum, docet alumnos loqui, legere, scribere linguam exteram (Germanam, Anglicam, Italicam, vel Russicam).

5) Aula classis est valde spatiosa et clara. In intimo est ampla fenestra, duae portulae (78), et janua vitrea quae aërem et lucem praebant. Haec aula non est frigida, quia in medio ad eam calefaciendam est elibanus (46) satis aptus cum tubulo (45). Ad parietem fixae sunt complures perticae (58), ex quibus pendent pilei et amictus alumnorum.

6) Horologium (63) signat horam nonam cum quinque minutis. Recreatio (76) modo finita est et iterum incepit schola. Recreatio habetur in cavaedio (75). Videmus aliquos alumnos qui spatiantur. Magister repetitor (74) eis invigilat.

In cavaedio (*patio*) videmus praeterea complures personas, scilicet, inspectorem (73), provisorem (71), censorem (72).

Inspector scholas inspectat, provisor regit lyceum, censor studiis invigilat. Quarta persona est janitor (77). Bracchio supportat regeſtum ut notet absentes.

7) In penitiore cavaedio reperiuntur gymnastici apparatus (70), officina ad opera manualia (68).

Ad dexteram tabulae musices et graphices aulas prospicimus.

9) Alumni primi scamni, ad dexteram cathedrae, sunt Henricus, Carolus, Stephanus. Henricus est valde attentus et laboriosus, professores audit. Super mensam habet codicillum (28), librum (29), vocabularium (30) et calamarium (31). Liber ejus habet plures paginas; unumquodque caput continet complures paragrapheos et unaquaeque linea magnum litterarum numerum. Vicinus ejus Stephanus (24) est studiosus. Notat in codicillo lectionem in vicem proximam. Bonam habet scripturam. Ejus liber est clausus, neque videmus amplius quam tegumentum (27). Ad latus ejus est circinus (26). Carolus (23) habet librum in manu, illum aperit ad legendam lectionem. Habet, sicut quisque alumnus, atramentarium (25) ante se. Est dicto audiens.

10) In mensa proxima sunt Aloisius, Antonius et Paulus. Aloisius recitat lectionem (22) et respondet interrogationibus professoris. Antonius (21) est valde distractus; captat muscas, neque sequitur classem. Professor eum reprehendit et vituperat; saepe etiam punit. Paulus (20) est bonus comes, amabilis et officiosus. Idem est valde attentus.

11) Pone Henricum reperitur Georgius (38). Non est ille malus puer, at garrulus est, dissipatus et inquietus. Ejus levitas et inobedientia turbam facit in classes atque haud semel severum monitum meretur. Codicillus adversariorum (35) ejus est sordidus, in quem atramenti maculas calamo impegit; habet etiam semper gummi deletile (36); ejus cartularium (33) est disssimum, quia valde neglegens est. Cur secum portat graphium (37) ad aulam linguarum vivarum?

Vicinus ejus Edmundus (39) eum non amat. Ille quidem non nihil piger est, sed tacitus et tranquillus permanet. Non fabulatur; tantum quod loco attendendi libri fabulas ad lectionem legere mavult. Tertius alumnus hujusce scamni est Aloisius (40) studiosus est; scribit super plagulam cartae purae. Ante se habet cartam bibulam (41).

## 2. Exercitationes variae

### 1) Quod sum — Quod facio

(Professor ipsem gestus notatos facit)

Ego sum professor (institutor, magister...)

Ego surgo — ad abacum vado — pannulum capio — abacum detergeo — pannulum (spongiam) depono — cretam (cretae frustum) capio...

Ego scribo vocem «Hispania» — depono cretam — ad locum (meum) vado — sedeo in sella (mea).

\* \* \*

### 2) Quod (tu) es — Quod facis

(Professor ad alumnos sese vertens)

Johannes, tu es alumnus, Johanna, tu es alumna. — Surge — tu surgis — veni ad abacum — tu ad abacum venis — cape pannulum — tu pannulum capis — deterge abacum — tu abacum deters — depone pannulum — tu pannulum deponis — cape cretam — tu cretam capis — scribe vocabulum «Hispania» — depone cretam — tu cretam deponis — veni ad tuum locum — tu venis ad tuum locum — sede in scanno — tu sedes in scanno.

Proverbium: «Tantummodo incepto opus est».

\* \* \*

### 3) Quod facit professor

(Indigitans professor in tabula superlus proposita)

En voibis professor — ille sedet in sella — non (as-)surgit — non venit ad abacum — bracchium extendit (extendo, is, it) — Indigitat quendam alumnū (ego indigo, tu indigitas, ille indigitat) — alumnū interrogat (ego interrogo, tu interrogas, ille interrogat) — alumnus propositis quaestionibus respondet (ego respondeo, tu respondes, ille respondet) — responde — respondete.

Facetiae: «Tu nihil respondes, Henric? — Tene implicat quaestio mea? — Minime Domine; non est quaestio sed responsio».

\* \* \*

### 4) Quod Johannes alumnus facit

(Professor in tabula indigitans interrogat)

Johannes sedet in suo loco? Sedetne Johanna?

— Non, ille stat (illa stat).

Estne ille (illa) ad abacum? — Qui-dem, est ad abacum.

Quid ille (illa) facit? — Ille (illa) pannulum tenet — detergit abacum — delet geometriae figurās.

Estne Johannes professor? — Minime, ille est alumnus — utique, bonus est alumnus. Estne Johanna institutrix? — Non, alumna est.

Divinatio: «Quodnam nomen minuitur cum ei adduntur litterae?»

## 3. Colloquia: «Euntes in scholam»

Jacobus. — Cur adeo curris, Eusebi?

Eusebius. — Cur lepus pro canibus, ut ajunt?

Jac. — Sed quid hoc proverbium? Nunquid times?

Eus. — Equidem timeo: nisi affuero tempore ante recitatum catalogum, actum est de pelle mea.

Jac. — Hac quidem ex parte, nihil est

periculi. Inspice horologium: manecilla nondum attingit punctum quod horam secundam signet.

Eus. — At ego vix habeo fidem horologis; mentiuntur nonnunquam.

Jac. — At fide mihi qui campanam audiui.

Eus. — Quid loquebatur?

Jac. — Tertium quadrantem.

*Eus.* — Sed praeter id aliud est unde magis reformidem. Reddenda est hesterna lectio memoriter, eaque satis prolixa. Vereor ut recte possim.

*Jac.* — Commune periculum narras, nam et ipse vix eam satis teneo.

*Eus.* — Jam nosti praecceptoris saevitiam; illi omnis lapsus capitalis est, nec magis parcit scapulis nostris quam si essent corium bubulum.

*Jac.* — Verum ille non aderit ludo litterario.

*Eus.* — Quem igitur vicarium constituit?

*Jac.* — Cornelium.

*Eus.* — Strabonem illum? Vae nobis! Is vel magistro severior est.

*Jac.* — Verum dicis et ideo non raro sum illius brachio precatus paralysim.

*Eus.* — Nobis igitur cavendum ne in illius iram incidamus.

*Jac.* — Reddamus inter nos vicissim lectionem, altero recitante, altero librum inspiciente.

*Eus.* — Pulchre mones! Attamen inspecto libro opus non est.

*Jac.* — Age; fac praesenti sis animo, nam metus officit memoriae.

*Eus.* — Facile deponerem pavorem si non adesset periculum; at in tanto discrimine quis possit animo esse securus.

*Jac.* — Fateor; attamen non agitur de capite sed tantum de scapulis. Ordire jam Ciceronis epistulam.

*Eus.* — «Cum ad me Decius librarius... sed facile obtinebatur».

*Jac.* — Euge! euge! Ecquid metuis? Num te melius recitabit eam quisquam? Quod sequitur epistulae dicam ego; audi me, obsecro. «Ego tua gratulatione...»

*Eus.* — Optime! Procul metus. Ambo lectionem satis memoria tenemus.

† EMM. JOVÉ, C. M. F.

## **Responsorium**

*J. P. Romae.* — Gratulationem tuam, ut par est, maximi facinus. Ut vides claretianas quaestiones non dedignamur. In proximo numero subobscura, quae forte remaneant, Josephi carissimi declaratione, aperta sient

*R. S. Villae Rosarii in Argentina.* — Edetur proxime carmen in adventu Rmi. Patris; disquisitiones philologicae eunte tempore. Nostri quam difficiles se res praebent ut vobis quae hic eduntur mittamus? Experiar tamen.

*J. A. Orio.* — Conscriptiones tuas libenti animo in Actuaris custodimus. Quidni ergo in Palaestra edantur rogas?

Quia videlicet nondum mens fuit in ea edere nisi carmina ad modos classicos aptata. Forte postea Palaestrae Latinae, si frequentior fiat, eas committemus.

*F. F. Mindonii* — Opus quod jam diu quaerebas, nondum post diutinam inquisitionem inventi.

*J. B. Segedae.* — Multum placet sollicitudo tua: placent et versiculi, sed omnia nostra pagellae non capiunt. Tempus fortasse erit cum commentarius noster menstruus evadet. Tum morem tibi gerere licebit. Interim ne desistas litteris latinis operam impensius dare.

# **Compositiones Vertendae**

*Nulla res tantum ad dicendum proficit quantum scriptio (Cic. Brut. 37-24)*

## **Pro alumnis primi cursus**

*Quaerite subjectum et loco punctorum  
exprimit.*

- 1... morbo oculorum laborant.
- 2... nummos domini numerat.
- 3... silvas amant.
- 4... eximius est inter omnes.
- 5... narrat puellis fabulam muris et fellis:
- 6... recreat animos.
- 7... lunam et stellas laudant.
- 8... non afuerunt consiliis.
- 9... in cymba properat.
- 10... erunt laeti si matrem viderint.

(Repetitorium, n.º 88, 1)

## **Pro alumnis secundi cursus**

*Curent magistri ut sententias quae sequuntur bene vertant recteque calleant ephebi.*

1. In necessariis unitas, in dubiis libertas, sed in omnibus caritas.
2. Salus publica suprema lex esto.
3. Festina lente.
4. Amat victoria curam.
5. Donec felix eris multos numerosam amicos.
6. Tempora mutantur et nos mutamur in illis.
7. Unus testis, nullus testis.
8. Cum omnibus pacem, adversus vitia bella, seu parcere personis, dicere de vitiis,
9. Unita durant vel vis unita fortior.
10. Garrit, quidquid in buccam venit.
11. Fit gravis insolito sarcina parva viro.
12. Medio tutissimum ibis.
13. Pauper ubique jacet, dives ubique placet.
14. Quid vesper ferat incertum est.
15. Homo sum: humani nil a me alienum puto.

## **Pro alumnis tertii et quarti cursus**

*Hanc Phaedri fabulam reddant et infra  
quaesitis respondeant.*

### **De lusu et severitate**

*Puerorum in turba quidam ludentem*  
[Atticus]

*Aesopum nucibus cum vidisset, restitit  
Et quasi delirum risit. Quod sensit simul  
Derisor potius quam deridendus senex,  
Arcum retensem posuit in media via;  
«Heus!» inquit, «sapiens, expedi quid*  
[fecerim].

*Concurrit populus. Ille se torquet diu  
Nec quaestionis positae causam intelle-*  
[git].

*Novissime succumbit. Tum victor*  
[sophus]:

*«Cito rumpes arcum, semper si*  
[tensus habueris,  
At si laxaris, cum voles erit utilis». Sic ludus animo debet aliquando dari,  
Ad cogitandum melior ut redeat tibi.

(Phaedr. 3, 14).

Turba: *grupo, cuadrilla*. Nucibus: *juego de las nueces*, muy común entre los antiguos. ¿Por qué nucibus en ablativo? — Restitit: ¿de qué verbo viene? — Delirum: (cf. de + λυρέω)=locura. ¿Por qué delirum está en acus., es transitivo el verbo risit? — Quod = et simul ac (sensit) hoc. — Retensem: ¿qué fuerza añade al simple la partícula re? — In media: ¿por qué no in medium? ¿no es partitivo? Expedi: explicar (propriamente, desatar, soltar el pie = ex-pes, cfr. com-pes). — Fecerim: ¿en qué modo y en qué tiempo? — Positae: en vez de propositae, ¿cómo se llama esta figura? — Succubbit: declararse vencido. — Rumpes: la segunda persona indeterminada ya qué voz equivale? — Laxaris: ¿qué tiempo es? — Voles: ¿por qué este tiempo? — Ludus: esparcimiento. — Tibi: ¿cómo se llama este dativo. — Melior: más apto, más dispuesto.

### **Hasta los hombres juegan con los niños \***

No hemos de tener <sup>1</sup> siempre nuestro espíritu en la misma tensión, <sup>2</sup> sino que

hemos de recrearlo <sup>3</sup> también con el esparcimiento <sup>4</sup> y el juego <sup>5</sup> El mismo Sócrates no se avergonzó al ser sorprendido <sup>6</sup> por Alcibíades jugando con su hijo. Agesilao cabalgaba <sup>7</sup> sentado <sup>8</sup> sobre una caña con su hijo pequeño; y como alguno se burlara <sup>9</sup> de él, le dijo;<sup>10</sup> calla tú ahora, cuando seas padre me hablarás <sup>11</sup> de esto.<sup>12</sup> César Augusto para recrear su espíritu, unas veces <sup>13</sup> pescaba con anzuelo, otras jugaba a los dados <sup>14</sup> o a las nueces con los niños más pequeños y buscaba <sup>15</sup> entre ellos aquellos que por su semblante y locuacidad <sup>16</sup> eran más atractivos. <sup>17</sup>

\* Para facilidad de los alumnos sacrificamos a veces el giro castellano.

<sup>1</sup> retineo. — <sup>2</sup> intentio, -onis. — <sup>3</sup> recreo. — <sup>4</sup> jocus, i. — <sup>5</sup> lusus, us. — <sup>6</sup> reprehendo. — <sup>7</sup> equito. — <sup>8</sup> insido, con dativo. — <sup>9</sup> derideo, con acusat. — <sup>10</sup> inquit interpuesto. — <sup>11</sup> narro, con acusat. — <sup>12</sup> res. — <sup>13</sup> modo, modo. — <sup>14</sup> talus, i. — <sup>15</sup> conquiero. — <sup>16</sup> garulitas, atis. — <sup>17</sup> amabilis.

### Pro alumnis quinti cursus

Vertant scandantque hos Aeneidos versus  
Arma virumque <sup>1</sup> cano, Trojae qui  
[primus ab oris,  
Italianam, fato profugus, Laviniaque<sup>2</sup> venit  
Litora...  
Musa, mihi causas memora, quo  
[numine <sup>3</sup> laeso,  
Quidve dolens regina deum, tot volvere  
[casus  
Insignem pietate virum, tot adisse  
[labores  
Impulerit. Tantaene animis caelestibus  
[irae? (Aen. I. 1 10.)  
Tantae molis erat Romanam condere  
gentem! (Aen. I. 34.)

<sup>1</sup> héroe. — <sup>2</sup> de Lavinio, ciudad construida por Eneas y así llamada por Lavinia su mujer. — <sup>3</sup> voluntad divina, deidad.

### Pro alumnis sexti et septimi cursus

1) Soluta oratione in patrium sermonem vertant Hor. odem «O navis, re-

ferent (Od. 1, 14) notentque versuum species primamque saltem strophem scandant.

2) Praeterea vos omnes, strenui pueri, acriori animo praediti, accurate perpendite praestantiam pulcritudinemque hujus carminis ejusdemque figuræ et virtutes explicate.

3) Si vultis, hanc odem imitamini, quam ad patriam, ad gentes bello implicas, ad Ecclesiam, ad Congregationem, ad animam referetis. Ad hanc imitationem perficiendam carmen nostri Lope de Vega recolite: ¡Pobre barquilla mia — entre peñascos rota!

4) Demum clmi. Raphaelis Pombo alteram versionem aemulamini. Ipse enim postquam primam versionem quindecim versibus perfecit, secum ipse considerans, «que aunque menor en cinco versos que el original le sobraban todavía nueve palabras de afeite, la puso a mermas como agua al fuego, y la sacó con dos versos más de menos o menos de más, (dulce est aliquando despere); alteram conatus est, ad versus tantum tredecimi constrictam.

En vobis prima versio  
¡Vuélvete, oh nave, al mar las nueras olas!  
¿Qué haces incauta? ¡Aferra al puerto,  
[aferra!  
¡Ve la banda sin remos! mira el árbol  
rotto al empuje del Africo violento.  
¿No oyés gemir la antena? Cómo arrastran  
las furias de la mar bajel sin cuerdas?  
Ya no tienen vela integra, ni aun dioses  
que invocar al rigor de azares nuevos;  
y aunque te jactes tú de hija del Ponto,  
y de estirpe y fama, hoy ya no fia  
timido nauta en historiadas popas,  
ni de irrisión del viento eso te salva.  
¡Tú, ayer mi horror, hoy mi ansia y mi  
[ternura!  
Erita esas corrientes insidiosas,  
las deslumbrantes cicladas evita.

Haec satis sint: Bello la da en 58 versos, Olmedo en 29, Fray Luis de León en 30, Burgos en 24, Horacio en 20, Pombo en 15 y luego en 13 haciéndola así concisa, «de estilo directo duro y agitado como la tormenta». — PALAESTRICUS

# Bibliographia

Lorenzo Riber. — *Un celtíbero en Roma o Marco Valerio Marcial*, Espasa Calpe, S. A. 1941.

Insignis litterarum hispanarum cultor atque regiae Hispanae Linguae Academiae membrum, Laurentius Riber, copiosum de Marco Aurelio Martiale librum eumque omni ex parte tempestivum edidit. «*Un celtíbero en Roma*» egregium est volumen quod sexdecim capitibus vitam Marci Valerii narrat ejusque proœses thesaurum aperit.

Post lectionem operis, nullus, ut opinor, non amabit celtiberum illum, capite hirsutum, spissa barba plenumque patriis salibus quem dudum coeperunt exteri laudare, nunc cives, salacis obliiti, romani leporis principem vatem, decimonono ab ejus exitu vertente saeculo, concelebrabunt. Auctori vota nuncupare audemus pro selecta Epigrammatum editione, quo praeclarus nullum existimamus absoluturum.

A. ARGENTORATUS, C. M. F.

J. M.<sup>a</sup> Peris Polo, Sac. Oper. Dioc. — *Lecciones Graduadas de Canto Coral*. — Barcelona. Seminario Conciliar.

Inter praeclaros viros, qui nuper Barcinonem ejusque christianorum martyrum sanguine cruentatam arenam nobilitaverunt — Romani amphitheatri martyres aemulati — nobilis vir et Rector Seminarii Dnus. Josephus M.<sup>a</sup> Peris nobis sese offert.

Ipse, sacrae musices cultor egregius, — triumphali martyris cantico gloriosa morte sibi promerito, — suas *Lecciones Cantus Choralis*, hymnum perennem, sociatas jugiter reliquit; in eisque *lectionibus* musicale exsurgit monumentum, cui tot magistrorum aulae, collegia, Seminaria Hispana et Hispana Americana dulcem reddunt usque quaque sonum.

Praxis et theoria mira quadam claritate explicantur, atque in ea, quam nemorosam rhythmi gregoriani silvam dixeris, ducem comitem et magistrum sese præbet Dnus. Peris, disciplinae sollesminianæ fidelis atque justus interpres.

His coronandum floribus magistrum et martyrem censuimus; iique flores illius cruento intincti semen novatae popularis, gregoriana et polyphonicae musices ubique exsistant...!

J. V., C. M. F.

A. Walde - J. B. Hofmann. — *Lateinisches etymologisches Wörterbuch*. — 3 neu bearb. Aufl. I. Band. A - L. 872 pp. in 12. Heidelberg, Winter 1938. R. M. 20.

Religatum accepimus primum volumen hujus momenti operis quod prius per fasciculos paulatim ad actuariam pervenerat. Quid vero tanti operis commendatione dignum? Nihil de Aloisio Walde auctore qui summa celebratatis adeptus est. Nihil de Hofmann claro viro cui tertiae editionis cura fuit: ipsum quicunque ad linguae latinae limina adierunt satis superque norunt, cum videlicet et *«Thesauro linguae latinae»* det operam et opus *«Stoltz-Schmalz, Lateinische Grammatik»*, iterum edendum curaverit. Sed quid plura cum ipse tot annos studiis lingüisticis et philologicis impense vacaverit neconon et in Annuario Indo-germanico (*Indogermanisches Jahrbuch, Strasburg*) bibliographiam italicam ordinaverit? Nihil mirum igitur si in hac tertia *etymologici vocabularii* editione vocum origo pressius definitur, ditionibus exemplis illustratur, et auctorum doctrina et scriptis locupletatur et confirmatur, ita ut materia hujus voluminis, quae voce *lugeo* explicit, non paginis 450 sicut in priore editione contineatur, sed paginas XXXIV-872 requirat.

Non nulli majorem claritatem in expositione desiderabunt; etenim obscurus fit qui brevitati nimium indulget. Opportunum quandoque foret auctoris judicium de opinionibus et doctrinis nondum omnino probatis, maxime cum de re agatur satis labili et vertente saeculo recudenda.

Comparationem cum lexico etymologico Ernout-Meillet instituere non est opus; utrumque inter se completur et mirifice subvenit; ambo enim praestantissima sunt nostrorum temporum etymologica monumenta.

A. Magariños. — *Sinopsis de Oraciones Latinas*. — Ed. FAX, Madrid. — 16 x 22 cms. 30 págs. Ptas. 4.

Hoc opus paucissimis paginis confectum merito vocat auctor *adjutorem*, nam re vera manus pueris præbet et per umbrosam et implicatam orationem latinarum silvam comiter dicit ne e via, quod saepe fit, excedant.


J. M.<sup>a</sup> JIMÉNEZ, C. M. F.

# **VINOS DE MISA**

## **J. DE MULLER, S. A.**

### **TARRAGONA**

Casa Fundada en 1851



Medalla de Oro en la  
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)  
Proveedores de Sus Santidades  
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

### **Garantía de absoluta pureza**

**E X Q U I S I T A   C A L I D A D**

Certificados del Exmo. Sr. Arzobispo de  
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

*Cum emitis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis*

[www.culturaclasica.com](http://www.culturaclasica.com)

# SANATORIUM

Nostin' novos medicationis naturalis productus?

Formulae sunt Rdi. Dris. J. García Roca

Veneunt in pharmacopolis et specificorum sedibus

## Hijo de Quintín Ruíz de Gauna

### Velas Litúrgicas para el Culto

Economía increíble usando mis velas especiales con el  
CAPITEL GAUNA patentado.

LAMPARA DE CERA «GAUNA» para alumbrado del Tabernáculo,  
de cuatro días de duración.

LIMPIEZA ABSOLUTA!

TRANQUILIDAD COMPLETA!

VITORIA (Alava)

RELOJES, PIPAS Y PORTAMÍNAS  
REPARACION DE PLUMAS  
ESTILOGRÁFICAS  
ESPECIALIDAD  
EN PLUMAS DE MARCA

## Casa de la ESTILOGRAFICA

SELLOS de GOMA y GRABADOS

VENTAS  
MAYOR Y  
DETALL

Fontanella, 19 - Teléfono, 12133  
BARCELONA

## LENCERIA CASA ESMARATS

M. ESMARATS

Casa fundada en 1867

FABRICA DE TEJIDOS DE  
LINO Y ALGODON EN  
SAN GINÉS DE VILASAR

Fontanella, 21, (antes Corribia 8-10-12)  
Teléfono, 14386 - BARCELONA

Ventas al  
Mayor y Detall

## ESCULTURA RELIGIOSA ROSENDO OLIVELLA

BOTERS, 19-21 (continuación Puertaferrisa) Tel. 23973-BARCELONA

Imágenes en madera tallada y pasta madera. — Santas Cenas. — Crucifijos.  
Altares. — Oratorios. — Capillas. — Atriles. — Sacras. — Reclinatorios.  
Peanas y toda clase de trabajos concernientes al ramo de la Escultura.

URNAS PARA LA VISITA MENSUAL DOMICILIARIA

Sanatorium Depurativum, contra arthritismum.

Contra affectiones gastricas, Sanatorium Eu re p t i c u m .

Contra phthisim in omnibus morbi periodis, Sanatorium Regenerativum.

Sanatorium Pilulae Ferrugineae,

contra anaemiam, clorosim et organicas feminarum perturbationes.

[www.culturaclasica.com](http://www.culturaclasica.com)

# **Homeri Odyssea** (I. 113-236)

τὴν δὲ πολὺ πρώτος ἵδε Τηλέμαχος θεοπίθης  
ἥστο γάρ ἐν μιηστήραις φύλων τετυμένος ἦτοι,  
δεσμόμενος πατέρ' ἔσθλὸν ἐνὶ φρεσίν, εἰ ποθεν ἐλθὼν  
μιηστήρῶν τῶν μὲν σκέδασιν κατὰ δώματα θετῇ,  
τιμὴν δ' αὐτὸς ἔχοι καὶ δώμασιν οἴσιν ἀνάσσοι.  
τὰ φρονέσσων μιηστῆροι μεθήμενος εἶσιδ' Ἀθῆνην,  
βῆ δ' ἵθυς προσθύροιο, νεμεσοσήθη δ' ἐνὶ θυμῷ  
ξεῖνουν δηδὰ θύρογεσιν ἐφεστάμεν· ἐγγύθι δὲ στὰς  
χεῖρος ἐλε δεξιετεροήν καὶ ἑδέξατο χάλκεον ἔγχος,  
καὶ μιν φωνήσας ἔπει πτερόβεντα προσηγύδα·  
„χαῖρε, ξεῖνε, παρ' ἄμμι φιλήσεαι· αὐτὰρ ἐπειτα  
δείπνουν πισσάμενος μυθῆσεαι, διτεός σε χορός.“

ώς επίπον ἡγετή<sup>ν</sup>, ή δ' ἐσπέτο Παλλάδες Ἀθηνη.  
οι δ' διε δῆ φό' ἔντοσθεν ἔσαν δόμου νψηλοῖο,  
Ἔγκος μέν φό' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν  
δουροδόκης ἔντοσθεν ἐνδόσιον, ἔνθα περ ἄλλα  
ἔγγε<sup>ν</sup> Ὁδυσσῆος ταλασίφρονος ἵστατο πολλά,  
αὐτὴν δ' ἐς θρόνον εἰσεν ἅγων, ὑπὸ λίτα πετάσσει,  
καλὸν δαιδάλεον ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν. .  
πιὸ δ' αὐτὸς κλισμὸν θέτο ποικίλον ἔκτοθεν ἄλλων  
μηνστήφων, μὴ ἔξινος ἀνιηθείς δρυμαγδῷ  
δείπνῳ ἀδήσειεν, ὑπερφιάλοισι μετελθών,  
ἡδ' ἵνα μιν περὶ πατρὸς ἀποιχομένοιο ἔροιτο.  
χέρνιβα δ' ἀμφίπόλος προχώρ επέχενε φέροντα  
καλῇ χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρόειο λέβητος,  
νύψασθαι παρὰ δὲ ἔεστην ἐτάνυσσε τούπεξαν.  
σῖτον δ' αἰδοίη ταμῆ παρέθηκε φέροντα,  
[εἰδατα πόλλα] ἐπιθεῖσα χαριζομένη παρεόντων·]  
δαιτρὸς οὐδὲ κρειῶν κίνανας παρέθηκεν ἀστράς  
παντοιῶν, παρὰ δὲ σφι τίθει χρύσεια κύπελλα  
κηρύξ δ' αὐτοῖσιν δάρ<sup>α</sup> ἐπάγετο οἰνοχοεῖσιν

115

120

125

130

135

140

Ἐς δὲ ἡλιθον μυηστήρωες ἀγήνυφες. οἱ μὲν ἔπειτα  
ἔξιῆς ἔζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε,  
τοῖσι δὲ κίρουκες μὲν ὑδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχενται,  
σιτον δὲ δύμωατ παρενήνεον ἐν κανέοισιν,  
[κοῦδοι δὲ ἀρητήρας ἐπέστέψαντο ποτοῖο.]

οι δ' ἐκ' δνείαδ' ἔτοιμα προκείμενα χεῖρας ἵαλλον.  
αὐτὰρ ἐπει πόσιος καὶ ἀδητύος ἐξ ἔρον ἔντο,  
μνηστήρες τοῖσιν μὲν ἐν φρεσὶν ἄλλα μεμῆλειν,  
μολπῇ τ' δοχηστύς τε· τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός  
ηῆρους δ' ἐν χερσὶν κιθαριν πεφικαλλέα θῆκεν  
Φημίω, δις δ' ἡειδε πάρα μνηστήροιν ἀνάγκη.

ἥ τοι δ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν αἰδεῖν,  
αὐτὰρ Τηλέμαχος προσέφη γλαυκῶπιν Ἀθῆνην  
ἄγχι τοιούτην κεφαλήν, ἵνα μὴ πενθοίαςθ' οἱ ἄλλοι·  
„ξεῖνε φίλ', η καί μοι νεμεσήσεαι, ὅττι κεν εἶπω  
τούτοισιν μὲν ταῦτα μέλει, κιθαρίς καὶ ἀοιδὴ,  
ὅτε, ἐπεὶ ἀλλότριον βίοτον νήπουιν ἔδουσιν,  
ἀνέρος, οὐδ δή που λεύκ' ὀδτέα πύθεται ὄμβρῳ  
κείμεν' ἐπ' ἡπείρουν, η εἰν ἀλλ κῦπα κυλίνδει.  
εἴ κενόν γ' Ἰθάκηνδε ἴδοιατο νοστήσαντα,  
πάντες κ' ἀργυρίατ' ἐλαφρότεροι πόδις εἰναι  
η ἀφνεισθεροι χρυσοῖσι τε ἐστῆτες τε.

νῦν δ' διὰ μὲν ὡς ἀπόλωλε κακὸν μόρον, οὐδέ τις ἡμιν  
θαλπωρή, εἰ πέρ τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων  
φῆσιν ἐλεύσεσθαι· τοῦ δ' ὥλετο νόστιμον ἡμαρ.  
ἀλλ' ἔγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον·  
τις, πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἡδὲ τοκῆς;  
διποίης τ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο· πῶς δέ σε ναῦται  
ἥγαγον εἰς Ἰθάκην; τίνες ἔμεναι εὑχετῶντο;  
οὐ μὲν γάρ τι σε πεξὶορ δίομπι ἐνθάδ' ἵκεσθαι.  
καί μοι τοῦτ' ἀγρέευσον ἐτήτυμον, δορός ἐν εἰδώ,

145

150

155

160

165

170

ἡ τέ νέον μεθέπεις ή καὶ πατρώιος ἐσσί·  
 ἔεινος, ἐπεὶ πολλοὶ ἵσαν ἀνέρες ἡμέτεροι δῶ·  
 ἄλλοι, ἐπεὶ καὶ κεῖνος ἐπίστροφος ἦν ἀνθρώπων·  
 τὸν δ' αὐτεῖ προσέειπε θεά, γλαυκῶπις Ἀθήνη·  
 „τοιγάρο ἐγώ τοι ταῦτα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.  
 Μέντης Ἀγχάλοιο δαῖφρονος εὐχομαι εἶναι  
 νίδιος, ἀτὰρ Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσω.  
 νῦν δ' ὁδεῖ ἔννυν νηὶ κατήλυθον ἥδ' ἑτάροισιν  
 πλέων ἐπὶ οἰνοπα πόντον ἐπ' ἀλλοθρόνοις ἀνθρώπους,  
 ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν, ἄγω δ' αἴθωνα σιδηρού.  
 νηῦς δέ μοι ἥδ' ἔστηκεν ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληος,  
 ἐν λιμένι Ρείθρῳ ὑπὸ Νηίῳ ὑλήγετι.  
 ἔεινοι δ' ἄλληλων πατρώιοι εὐχρόμεθ' εἶναι  
 ἔξ ἀρχῆς, εἰ πέρ τε γέροντ' εἰρηναὶ ἐπειλθῶν  
 Λαέρτην ἥρωα, τὸν οὐκέτι φασὶ πόλινδε  
 ἔρχεσθ', ἄλλ' ἀπάνευθεν ἐπ' ἀγροῦ πήματα πάσχειν  
 γοὴν σὺν ἀμφιπόλῳ, ἣ οἱ βρῶσιν τε πόσιν τε  
 παρτιθεῖ, εὗτ' ἀν μιν κάματος κατὰ γυῖα λάβησιν  
 ἐρούσοντ' ἀνὰ γουνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδοιο.  
 νῦν δ' ἥλθον· δὴ γάρ μιν ἔφαντ' ἐπιδήμιον εἶναι,  
 σὸν πατέρο· ἄλλα νυ τὸν γε θεοὶ βλάπτοντι κελεύθουν·  
 οὐ γάρ πω τέθνηκεν ἐπὶ χθονὶ δῖος Ὁδυσσεύς,  
 ἄλλ' ἔτι ποὺς ξωδὸς κατερύκεται εὐρέι πόντῳ  
 νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, χαλεποὶ δέ μιν ἄνδρες ἔχουσιν  
 ἔγριοι, οἵ που κεῖνον ἔρυκανθωσθ' ἀέκοντα.  
 αὐτὰρ νῦν τοι ἐγὼ μαντεύομαι, ὡς ἐνὶ θυμῷ  
 ἀθάνατοι βάλλουσι καὶ ὡς τελέεσθαι δίω,  
 οὕτε τι μάντις ἐών οὗτ' οἰωνῶν σάφα εἰδὼς.  
 οὐ τοι ἔτι δηρόν γε φίλης ἀπὸ πατρίδος αἷς  
 ἔσσεται, οὐδὲ εἰ πέρ τε σιδήρεα δέσματ' ἔχησον·  
 φράσσεται, ὡς κε νέηται, ἐπεὶ πολυμήχανός ἐστω.

175

180

185

190

195

200

205

ἀλλ' θυς μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον.  
 εἰ δὴ ἐξ αὐτοῦ τόδος πάις εἰς Ὄδυσσος.  
 αἰνῶς μὲν κεφαλὴν τε καὶ δύματα καλὰ ἔουκας  
 κείνῳ, ἐπεὶ θαμὰ τοῖον ἐμισγόμεθ' ἀλλήλοισίν,  
 πολὺ γε τὸν ἐς Τροίην ἀναβήμεναι, ἐνθα περ ἄλλοι  
 Αργείων οἱ ἄριστοι ἔβαν κοίλης ἐνὶ νηυσίν·  
 ἐκ τοῦ δ' οὗτ' Ὄδυσσηα ἐγὼν ἰδον οὐτ' ἔμ' ἔκεντος.  
 τὴν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·  
 „τοιγάρο ἐγώ τοι, ζεῖνε, μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.  
 μήτηρ μέν τέ με φησι τοῦ ἐμμεναι, αὐτὰρ, ἐγώ γε  
 οὐκ οἰδ· οὐ γάρ πω τις ἐδὼν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.  
 ὡς δὴ ἐγώ γ' ὅφελον μάκαρος νῦν τεν ἐμμεναι, νῦν  
 ἀνέρος; δη πτεάτεσσιν ἔοις ἐπὶ γῆρας ἐτεμεν.  
 νῦν δ', δις ἀποτυμότατος γένετο θυγατῶν ἀνθρώπων,  
 τοῦ μ' ἐκ φασὶ γενέσθαι, ἐπεὶ σύ με τοῦτ' ἐρεείνεις.“  
 τὸν δ' αὐτεῖ προσέειπε θεά, γλαυκῶπις Ἀθήνη·  
 „οὐ μέν τοι γενείν γε θεοὶ νῶνυμον δπίσσω  
 θῆκαν, ἐπεὶ σέ γε τοῖον ἐγείνατο Πηνειόπεια.  
 ἄλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον·  
 τίς δαίς, τίς δὲ δύμιλος δῶ ἐπλετο; τίπτε δέ σε χρεῶ;  
 ἐλλαπίνη ἡε γάμος; ἐπεὶ ούνι ἔρανος τάδε γ' ἔστιν.  
 Φς τέ μοι ὑβρίζοντες ὑπερφιάλως δοκέοντιν  
 δαινυσθαι κατὰ δῶμα· νεμεσηταῖτο κεν ἀνὴρ  
 αἰσχεα πόλλ' ὁρδων, δις τις πιντός γε μετέλθοι.“  
 τὴν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·  
 „ξεῖν·, ἐπεὶ ἀρ δὴ ταῦτα μ' ἀνείρεαι ἥδε μεταλλας.  
 μέλλεν μέν ποτε οίκος δῶ ἀφνειός καὶ δύμων  
 ἐμμεναι, ὅφο' ἔτι κεῖνος ἀνὴρ ἐπιδήμιος ἦν·  
 νῦν δ' ἐτέρως ἔβολοντο θεοὶ κακὰ μητιδωντες,  
 οἱ κεῖνον μὲν ἄιστον ἐποίησαν περὶ πάντων  
 ἀνθρώπων, ἐπεὶ οὐ κε θανάστι περ ὡδ' ἀκαγοίσιην.

210

215

220

225

230

235